

Nouum sydus oritur, mortis umbra tollitur,
Mundi salus gignitur, Igitur &c.


Diligendus proditur, nil culpandus moritur,
Non vincendus capitur, Igitur &c.

Cruci vita figitur, infernus destruitur,
Captiuitas tollitur, Igitur &c.

Adam nexu soluitur, mors orco deprimitur,
Caput hostis teritur, Igitur &c.

Argumentis igitur in his Christus sistitur,
Morti sic excluditur. Igitur &c.


II



Er-bū ca-ro fa-ctū est de vir-gi-




ne, Ver-bū ca-ro fa-ctū est de vir-gi-ne Ma-ri-a.




IN hoc an-ni cir-cu-lo

vi-ta da-tur



se-cu-lo: na-to no-bis par-uu-lo de



vir - gi - ne: na - to no - bis par - uu - lo de



vir - gi - ne Ma - ri - a.

O beata fœmina cuius ventris gloria
Mundi lauat crimina: de virgine Maria.

Stella solem protulit, sol salutem contulit,
Carnem veram abstulit de virgine Maria.

Fons de suo riuulo nascitur pro populo,
Quem tulit de vinculo: de virgine Maria.

Laus, honor, virtus, Domino Deo Patri & Filio,
Sancto simul Paraclito: de virgine Maria.